



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

legalitas notarij, & non appposito signo not. confuso est  
si de solemnitate instrumenti necessaria. secundum An-  
cha. consi. 431. præmissa in princ. & Cor. consi. 70. & ubi  
quarto, & aliter non appposito corrui instrumentum, q  
nota supra in uerfi. Signo.

R E G U L A C C X I I I .

- 1 Testes duo in omni negotio requiruntur. l. ubi nume-  
rus. ff. de testib. & iurisiurandi. uerfi. sancimus. C. de te-  
stib. & cum dictum fuerit in sententia per iudicem, q ca-  
pitula probentur per testes, & numerus aliter non fuerit  
expressus intelligitur per duos. ut d. l. & Luc. de Pen. in l.  
nepotes. nu. 4. C. de his qui num. liber. l. 10.
- 2 Amplia. hoc idem in annis, uel diebus ubi semper in-  
telligi debet de biennio, uel duobus diebus ubi non ap-  
paret de alia clara elocutione, secundum glo. not. in l. uer-  
ter illam. §. si. ff. de uerb. signi. & d. l. ubi numerus. ff. de testi-
- 3 Fallit in casu contractus excedentis summam libram  
50. auri, quia eo casu tres testes requiruntur l. si. C. si cer.  
pet. Boer. q. 118. nu. 2.
- 3 Fallit in casibus annotatis per glo. in l. ubi numerus. ff.  
de testibus ubi requiruntur. nu. 7. testes in testamto, quin-  
que in codicillis: tres in contractu. l. 50. & duo regulari-  
ter in omni casu secundum opin. d. glo. ubi numerus, &  
Boer. q. 118. per totam, & consi. 332. nu. 6. & ibi late d. Do-  
ci. Agid. Boss. in suo tract. in uerbo de conuictis. num. 21.  
& nota.
- 4 Fallit etiam quando in ciuitate adest statutum, q in ta-  
li negotio usque ad talem summam credatur dicto unius  
testis, pro ut fuit dispositum in hac ciuitate usque ad sum-  
mam duc. 10. pro ut in parte 1501. 27. Sept. incorrecte. Jo-  
renissimi Princip. Laured. quæ pars usque ad hæc tem-  
pora obseruatur, in reliquis iura communia obseruatur,  
ut in ore duorum, uel trium stet omne uerbum secundum  
ius diuinum, q tu not.

5 Fallit

5 Fallit quando ex conuentione partium simul colligentes conueniunt de stando dicto Titii, quia tunc fides ei est prestanda & dicto unius est standum, ut Alex. in l. i. §. fin. ff. de uerborum oblig. Aym. Crauet. in consi. 100. Titius nu. 13. ad finem, uol. 1.

REGULA CCXIII.

1 Testibus duobus affirmantibus quam mille negantibus creditur c. in nostra de test. glo. sing. in l. diem preferre. §. si plures. ff. de arbit. c. proposuisti. de probat. Corl. sing. in uerfi. testis. nu. 15. Afflic. deci. 324. nu. 9. Feli. in d. c. in nostra, & Alex. in l. i. ff. si quis iusd. non obtemp.

1 Fallit hæc regula quando negatiua est cohæretata loco & tempore, ut dicit Feli. in d. c. in nostra. ratio quia ista negatiua cohæretata loco & tempore, preferitur probationi affirmatiue. secundum Abba. in c. bonæ, de elect. & elect. & Afflic. d. 324. nu. 10.

2 Fallit etiam quando testes deponunt super affirmatiua deponunt etiam super negatiua, ut Bal. in c. si quis per triginta col. 2. si de feu. fuer. controuer. Abb. in c. cum ecclesia sutrina in 6. col. de causa poss. & propriet. & Feli. in d. c. in nostra.

3 Fallit 3. in testibus deponentibus de sanitate mentis, quibus plus creditur, quam mille de insania. ut Abb. in c. dilectus. col. penul. de succe. ab intest. ratio quia semper plus creditur in homine de sanitate, quam de infirmitate. Innoc. in c. i. de frigid. & malef. ubi plus creditur duobus testibus deponentibus de uirilitate ad coeundum, quam pluribus aliis de impotentia.

4 Fallit etiam duobus testibus de metu & uolentia deponentibus, quam mille de spontanea uoluntate. ut Innoc. in c. super hoc. de renuncia. & Alber. in rubrica. ff. quod met. causa. Abb. sic. in c. i. quod met. causa. Ias. in l. interpositas. de C. transact. Rom. in rubrica de arbit. col. 8. Alex. consi. 156. col. 1. in fine. uol. 5. Gramma. dec. 103. nu. 69. cum infinitis.

REGV-